

audis quod ih̄s etate proficere; Intellege ergo quia etate anima proficiebat & mag-  
nificabatur anima eius propter magna & ingentia opera que faciebat, denique  
sciens & apostolus hanc etatem debitori homine sentiendam ita scribit do-  
nec omni occurramus inurum p̄fectum in mensuram etatis plenitudinis x̄pi;  
Nam secundum corpus crescere & magnū fieri non est in nobis; Corpus enim  
i genitāli origine quantitatis materiam sumit ut uel magnū uel exiguum  
fiat; Anima uero in nobis habet causas & arbitriū libertatem: ut uel magna uel  
parua sit; si ergo pusilla & parua sit anima & iam scandalizari potest: sic enim  
scriptum est in euangēlio quia expedit p̄cipitari in profundum maris quā scan-  
dalizare unum de pusillis istis; Quia magnus est non scandalizatur sed qui pusil-  
lus est: quia magnus est quodcūq; uiderit: quodcūq; passus fuerit n̄ declinat a fide;  
Quia autem pusillus est animo & paruus occasiones querit: quomodo scandali-  
zetur quomodo infide uideatur offendi; Propterea deniq; oportet nos max-  
ime his consulere qui paruus sum infide: ne tantam curam circum magnos & fortes  
quantam erga paruulos & insipientes debemus impendere: fortis enim omnia  
tolleat / omnia suffert & nunquā cadit; paruulus uero & infirmus infide  
obseruandum est. ne occasione nr̄i offendatur & recedat a fide ac de ecclesia  
a salute; Aut ostende mihi de scripturis ubi aliquis peccator aut paruus meri-  
ti magnus appellatus sit: nusquā opinor inuenies; Audi uero qui sunt qui mag-  
ni appellantur: de isaac dicitur quia proficiebat ualde usque quo factus est  
magnus; Ualde moyses magnus dicitur est & iohannes baptista magnus dicitur  
est; Nunc autem ih̄s magnus dicitur & post hunc uon nullus appellatus est mag-  
nus; prius enim quam ad esset. qui uere magnus est ad comparationem yeli  
quorum hominū magni appellati sunt sc̄i. quorum superius fecimus men-  
tionem; Libi uero aduenit ipse qui non ex comparatione ceterorū. sed sui  
magnitudine uere magnus erit de quo & iam scriptum est. quia exultauit  
ut gigas ad currendam uiam. ultra iam non magnus ullus appellatus est; hic  
est ergo de quo scribitur magnus sacerdos & fratrib; suis; quibus fratrib;  
de quibus dixit cū resurrexisset & amonitus. uade ad fratres meos & dices a sc̄endo  
ad patrem meū & ad patrem ur̄m <sup>ad d̄m meū</sup> & ad d̄m uestrum; Si uitemus & sc̄am